



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Cursus Theologicus**

**Gormaz, Juan Bautista**

**Augustae Vindelicorum, 1707**

Sect. 4. An de potentia absoluta repugnent species svasivæ?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81950](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81950)

clesiæ; qua frequenter movemur ad volendum credere.

461. **Objic. 4.** Auctoritas Ecclesiæ se sola potest movere ad aliquem assensum; atqui talis assensus erit actus divinæ fidei; ergo &c. maj. videtur esse certa: nam quando unum obiectum cum alio infallibiliter connectitur, potest ad illius certissimum assensum adæquatè movere; atqui infallibilis Ecclesiæ Auctoritas est conexa cum veritate mysterij definiti; ergo se sola adæquatè movere potest ad assensum illius mysterij. Jam ergo illa minor videtur esse clara; nam assensus ille, quem dicimus propter Auctoritatem Ecclesiæ, utpote certissimus, & obscurus, ad nullam aliam virtutem pertinere potest, quam ad fidem divinam; ergo &c. **Confirm. 1.** qui ita assentiretur propter Ecclesiæ Auctoritatem ut regulatam à Spiritu Sancto, procul dubio eliceret aliquem actum fidei, sed non humanæ; cum sit assensus infallibilis, & obscurus; ergo divinæ &c. **Confirm. 2.** In hoc motivo intervenit etiam Auctoritas Dei, quandoquidem infallibilitas Ecclesiæ habetur ex directione Spiritus Sancti; sed actus assentiens propter Auctoritatem Dei est fidei divinæ; ergo &c.

462. **Respondeo conc. maj. nego min. ad probationem nego maj.** quia assensus ille, licet certissimus, & obscurus, innititur solum Auctoritati consequenti Verbum Dei; ergo est solum assensus Theologicus, vel alterius virtutis innominatæ infra infallibilitatem fidei divinæ. **Ad primam confirmationem nego min.** quia, licet testimonium Ecclesiæ à Spiritu Sancto reguletur, est tamen humanum, & actus tali testimonio nitens est actus fidei humanæ altioris tamen ordinis, quam ille, qui nititur privatæ personæ à Spiritu Sancto, non regulatæ testimonio; quòd si aliquis diceret, non esse absolute actum fidei, cum sit assensus propter intrinsecum meritum testimonij humani, posset facile sustineri juxta num. 213, ac proinde perzineret vel formaliter, vel reductivè ad actum Theologicum, conformiter ad doctrinam Eximij Doctoris num. 460. **Ad secundam confirmationem dist. maj. intervenit Auctoritas Dei infallibilizans Verbum Dei, nego, infallibilizans verbum humanum, consequens infallibilitatem Verbi Dei, conc. maj. & dist. min.** Assentiens propter Auctoritatem Dei innitendo ipsi divinæ Auctoritati, conc. innitendo verbo humano regulato ab Auctoritate Dei, nego min. & consequentiam; quia actus nitens verbo humano regulato ab illa Auctoritate divina non respiceret in merito humani verbi infallibilitatem consequentem verbum Dei; unde motivum illud sufficiens non esset ad eliciendum actum fidei divinæ.

463. **Quapropter si aliquis, quando Ecclesia Mysterij definit, assentiretur non quidem propter Ecclesiam, sed Auctoritatem Dei regulantis Ecclesiam, tunc eliceret actum fidei divinæ; at si eliceret actum, de quo est controversia, qui ni-**

teretur Ecclesiæ, non eliceret nisi actum inferioriorem ad fidem divinam, quia respiceret pro motivo solum testimonium consequens Verbum Dei: exinde P. Valentia concedens illum actum esse fidei, docet simul esse rigorosè loquendo, nec divinæ fidei, nec humanæ, sed medium inter utrumque; quia nitetur auctoritati inter utramque mediæ. Ratio est, quia fides humana ea dicitur, quæ habet motivum fallibile, nullòque modo infallibile. Fides divina illa dicitur, quæ habet motivum infallibile Verbi Dei: cumque infallibilis auctoritas Ecclesiæ Dei, licet non sit Verbum Dei, sed humanum infallibilizatum extrinsecè à protectione Dei, manet in linea media inter fidem humanam, & divinam. Cæterum, si rem nolimus reducere ad quæstionem de voce, hoc ipsum diximus in solutione nostra, scilicet esse fidem humanam altioris ordinis, respicientis scilicet humanum testimonium infallibilizatum à speciali assistentia Spiritus Sancti. Quare si in hoc sensu dicatur motivum medium inter fidem humanam, & divinam, nolo de voce contendere, neque renuam cum hac explicatione admittere doctrinam P. Valentia, quæ nullo modo pugnat cum doctrina D. Thomæ, & Eximij Doctoris cit. a. n. 460.

#### SECTIO IV.

*An de potentia absoluta repugnent species suasiva.*

464. **Atè exagitant aliqui hanc controversiam** Lputantes, species suasivas esse chimeras. Ad brevem decisionem suppono 1. nomine speciei suasivæ intelligi illustrationem Spiritus Sancti, vi cujus aliquis firmissimè assentitur testimonio divino, quamvis motiva prævia ad assensum ex intrinsecis suis non habeant meritum ad istum firmum assensum, vel ab homine non ita expenduntur, ut meritum ipsorum contra omnia in oppositum militantia cognoscat, quod in rudibus hoc modo explicant Authores. Sæpè Parochus instruit pueros, docens illos mysteria fidei Catholicæ credenda, & quòd Deus illa revelaverit, proponendo unum vel alterum motivum credibilitatis, quin proponat ea, quæ necessaria sunt ad efformandum ex merito motivorum evidentiam credibilitatis; quo in casu, si accedat illustratio Spiritus Sancti, motivum fidei appellatur circa honestatem, & obligationem credendi invitans voluntatem ad amplectendum & imperandum actum fidei supernaturalis, potest per illud Inmen fidei suppleri evidentiam credibilitatis mysteriorum propositorum in ordine ad effectum, quòd adsit omnimoda firmitas adhesionis ad objectum excludens quamcumque formidinem; quo in casu illa illustratio Spiritus Sancti vocatur species suasiva.

M m m m 3

Suppo.

465. Suppono 2. cum Eximio Doctore dub. 6. de fide sect. 5. n. 7. triplicem esse certitudinem, alia est *formalis* actus, qui ex intrinsicis suis ita connectitur objecto, ut impossibile sit dari actum, quin etiam deret objectum tale representatum per actum; altera est *subjectiva*, quæ est firmitas adhesionis ad objectum, quatenus actus ita firmiter tendit in objectum, ut nullam secum compatiatur dubitationem, aut formidinem; idè autem dicitur *subjectiva*, quia est adhesio subjecti ad objectum; prima igitur essentialiter ab ipso actu exigitur, non verò secunda, cum sæpè videamus aliquos adhærere ita sententijs suis in se non evidentibus, ut nullum dubium aut formidinem secum compatiatur. Certitudo *objectiva* stat in eo, quòd objectum ita se habeat, ut ab actu representatur, sive representetur ab actu habente certitudinem formalem sive *subjectivam*, quo in casu certitudo *subjectiva*, cum respiciat objectum, quod se habet, ut ab illa affirmatur, dicitur non solum *adhæsivè*, sed etiam *objectivè* certa.

466. Suppono 3. certitudinem formalem esse de conceptu fidei supernaturalis; idèque actus divinæ fidei niti non potest revelationi falsò existimata, aut credere objectum verum pro falsò, ut dicemus infra de certitudine fidei, & accuratè explicat ex Concilio Tridentino Eximius Doctor disp. 3. sect. 13. Ratio nunc fit, quia lumen intellectuale divinum, & supernaturale ad fidem supernaturalem requisitum ex natura sua determinatum est ad assentiendum divino testimonio verè & realiter testificantis, quandoquidem est veluti instrumentum Spiritus Sancti, per quod movet intellectum ad assentiendum, & ideo debet esse proportionatum veritati Spiritus Sancti, unde certitudo *objectiva*, sine qua *formalis* esse non potest, requiritur etiam ad actum divinæ fidei.

467. Suppono 4. Certitudinem adhesionis ad objectum esse etiam de conceptu essentiali actus fidei; ratio est, quia intellectus instructus actu fidei, cum non potest dubitare de actu opposito, in quo stat certitudo adhesionis. Quare Innoc. XI. inter 65. propositiones damnavit 21. hanc. *Assensus fidei supernaturalis, & utilis ad salutem stat cum notitia solum probabili revelationis; imò cum formidine, qua quis formidet, ne non sit locus Deus.* Ratio autem est, quia tantò certior est actus certitudine adhesionis ad objectum, quantò firmioribus principijs cognoscit objectum suum fulciri; sed Catholicus, qui elicit actum fidei, cognoscit suum objectum niti firmissimo principio revelationis Dei, qui neque fallere, neque falli potest; ergo actus fidei firmissimè adhæret suo objecto. Rursus lumen supernaturale, quod præcedit actum fidei, ita roborat intellectum, ut cognoscat, & persuadeat sibi prodigendam esse vitam pro assertione veritatis fidei; proindèque ita roborat, ut firmissimè adhæreat *objectivæ* revelatæ veritati, ad quod etiam concussit pia

affectio supernaturalis, quæ certè concurrere non potest, nisi ad actum certum certitudinis *objectiva*, cum non possit imperare actum falsum, ne Deus specialis habituum supernaturalium Author dicatur esse causa falsitatis; unde & ratione supernaturalis luminis, & ratione piæ affectionis voluntatis evadit etiam actus divinæ fidei *adhæsivè*, & *objectivè* certus. His positis

Prima sententia docet, species suasivas impossibiles esse, ita aliqui Recentiores. Secunda sententia docet, & possibiles esse, & in præsentì providentia dari. ita P. Granado controv. 1. de fide tractatu 2. disputatio 3. sect. 2. ubi citat pro se Augustinum, Camus, & Valentiam, & Tumanum, quos sequuntur Ripalda; Montoya &c. quin potius Eximius Doctor disp. 4. sect. 5. non solum in sensu, de quo agimus, sed etiam in alio strictiori probabilitatem negare non audeat; sic enim habet, juxta hanc sententiam, quando dicitur, evidentiam credibilitatis esse necessariam ad fidem, intelligendum erit respectu Corporis Ecclesiæ, non verò respectu singularum personarum ejus; & hæc opinio probabilis est; nos autem in præsentì præcindimus, an de facto ita se res habeat, & tantum quærimus, an species suasiva de providentia Dei absoluta repugnet? quid in hac providentia dicendum sit, constabit à num. 479. 605.

Assero cum secunda sententia. Non repugnat de providentia Dei absoluta species suasiva. Probatur. Illa est species suasiva, quæ cum motivo non afferente evidentiam credibilitatis ex merito suo ita roborat intellectum circa veritatem *objectivam* fidei, ut elicit assensum certitudine *objectiva* firmissimà de eo, quòd Deus revelaverit doctrinam, quæ proponitur, ita ut assensus ille *adhæsivus* nullum secum compatiatur formidinem de opposito; atqui tales illustrationes supernæ supradictum munus præstarent; ergo &c. Confirm. quia saltem pro isto casu maximè locum habet illa Divi Thomæ sententia supra cit. 14. sect. 16. nisi Spiritus Sanctus adfit cordi audientis, otiosus est sermo Doctoris.

Respondetis, impossibile esse, ut intellectus utpote potentia necessarià firmissimè adhæreat objecto, quin proponatur motivum ex merito suo generans talem assensum; sicut enim intellectus moveri non potest ad assensum, nisi sub ratione veri, ita neque moveri potest ad assentiendum adhesionem firmissimam, nisi superveniat motivum, quod ad talem certitudinem ducat, quod fieri non potest, vi illustrationis supernæ, ac proinde nulla est illustratio superna, quæ munus induat speciei suasivæ. Contra 1. Intellectus ex jure causæ necessariæ non solum assentitur firmiter objecto, quando supervenit motivum, quod tantum ducebat ad probabilitatem, sed etiam, quando tollitur omne id, quod motivum illud aliàs probabile impedire possit, ne intellectus moveret ad firmissimum

firmum assensum. Sic sicuti in balance, quæ est in æquilibrio, potest fieri, ut altera lanx præponderet, vel addendo pondus illi, vel ab altera tollendo; hujus bilanciis naturam sæpè imitatur intellectus ex titulo potentiaæ necessariae; unde si illi relinquatur motivum solum ad assensum existentiaæ revelationis divinæ, & opposita removeantur, firmissimè assentietur; ergo saltè hoc modo non repugnat respectu intellectus illustrationem Spiritus Sancti esse speciem suasivam.

471. **Contra 2.** Adhæsiō intellectus ad objectum non solum provenit à motivo, sed etiam ex actu claro attingente motivum, quod si per actum confusum attingeret, non moveret ad assensum; adhæsiō enim illa firmissima stat in actu se habente inter intellectum, & objectum, sicut unio inter extrema, quæ firmissimè unit; atqui circa idem objectum ex eodem motivo per clariorem cognitionem attracto potest intellectus ita se habere, ut per hanc clariorem cognitionem firmissimè uniatur, & adhæreat objecto, qui ita non adhærebit per cognitionem minus clarā; ergo si illustratio Spiritus Sancti hanc claritatem habeat, quin proponat novum motivum, præstare poterit, quod intellectus firmiter adhæreat objecto, cui ex eodem motivo per cognitionem minus clarā non firmiter adhærebat, sed in hoc stat, quod talis illustratio sit species suasiva; ergo &c.

472. Respondetis, illustrationem illam non posse esse clariorem, nisi ex parte objecti motivi repræsenter aliquid, quod antea non repræsenteretur intellectui; intellectus namque, utpote potentia necessariò rationalis essentialiter est impotens assentiri irrationabiliter, proindeque nequit irrationabiliter duci, ut irrationabiliter duceretur, si ex aliquo motivo firmissimè adhæreret objecto, cui antea cum formidine assentiebatur, si ex parte objecti motivi nihil aliud appareat, nisi id, quod antea apparebat, cumque hoc necessarium esset, ut illustratio superna esset species suasiva, exinde constat, repugnare illustrationem supernam, quæ sit species suasiva.

473. **Contra 1.** Ut derur species suasiva inducens intellectum ad assensum certitudine adhæsiva objecto, satis est, quod si non proponat species illa novam rationem ex parte objecti, ex qua intellectus moveatur, contineat tamen in se ipsam virtutem correspondentem potentiaæ elevatori, vel potentiaæ, quæ conjunctum haberet aliud motivum, ex quo duci potest; atqui species suasiva, licet non repræsenter novam rationem ex parte objecti, continet tamen in se ipsa virtutem respondentem potentiaæ elevatori, vel potentiaæ conjunctæ alteri motivo; ergo talis species sufficit, ut adhæreat intellectus. Probatu ma. supposita potentia capaci amplectendi objectum, & supposito objecto capaci, ut attingatur assensu adhæsivè firmo, qui est unio, procedere potest hic & nunc, vel à nova virtute relucente in objecto,

vel in potentia; quod hoc exemplo declaratur. Petrus habet potentiam visivam perspicaciorē Paulo, uterque à longè videt parietem album, sed clarius Petrus, quin illa major claritas procedat ex nova ratione objecti, quæ Petro, & non Paulo repræsenteretur; siquidem uterque videt eorū parietem, & quidquid est in pariete albo.

Discrimen verò est ex parte potentiaæ, proinde licet non appareat nova ratio ex parte objecti, si adsit nobilior ex parte potentiaæ virtus, potest procedere actus firmior circa eandem rationem objecti propositi; atqui Deus, quando homo non habet ex parte objecti sufficientem rationem ad firmissimum assensum potest illustrare intellectum, quæ illustratio ad suam elicientiam exigat nobiliorem virtutem activam, (virtute activa nudè sumpra) intellectus Petri; ergo Petrus tunc per illam illustrationem intellectum movere potest ad assensum adhæsivè firmum. **Contra 2.** ex D. Tho. 2. 2. quæst. 1. art. 4. ad 3. *Lumen fidei facit credere ea, quæ creduntur.* Sicut enim per alios habitus virtutum homo videt illud, quod est sibi conveniens secundum habitum illum, ita etiam per habitum fidei inclinatur mens hominis ad assentiendum his, quæ conveniunt recte fidei, & non aliis. & art. 5. ad 1. *Per hunc modum fideles habent eorum notitiam, non quasi demonstrativè, sed in quantum per lumen fidei videntur esse credenda.*

475. **Probatu 2. Conclusio.** Si talis species suasiva repugnaret, esset, quia nec reponi potest in judicio, ne fidem reddat necessariam, nec in apprehensione, quæ suasiva esse non potest, eo quod non possit inclinare intellectum, adeoque semper maneat neutra; atqui species suasiva reponi potest, & in judicio, & apprehensione; ergo &c. min. prob. quoad primam partem: iudicium illud supernum innixum motivis prævijs ad fidem, quo iudicio intellectus sibi persuadear Deum testificari mysterium SSS. Trinitatis, licet esset impossibile cum dissensu Mysterij, adhuc esset possibile cum omissione, vel elicientia actus fidei, cum maneret libera voluntas ad imperandum, vel non imperandum altiore assensum, qui per simplicem adhæsionem niteretur Verbo Dei; ergo & species suasiva reposita in illo iudicio non tolleret libertatem ad eliciendum actum fidei. Probatu etiam secunda pars: non repugnat cognitio apprehensiva supernaturalis, & obscura repræsenterans mysterium fidei revelatum, innixa alicui fundamento credibilitatis, quæ intellectum inclinaret ad assensum, atque illi proponat obligationem credendi in sua linea, nempe absque ulla formidine.

476. **Probatu ant.** Sæpe contingit, ut Petrum loquentem absconditè, vel submissè audiamus, quin clara specie constet esse locutionem Petri, & tamè ex specie confusa resultat apprehensio sufficienter suasiva, ut intellectus inclinatus per imperium voluntatis eliciat hunc actum, Petrus

Petrus loquitur, eumque actum concipiat immediate propter vocis modulum inevidenter propofitum, & sine diverfo motivo; atqui in eo cafu apprehenfio naturalis acquifita potest effe fufficiens fpecies fuafiva ad immediatum affenfum veritatis per fe contingentis, & compofitæ ex terminis non neceffariò connexis; ergo &c. Confirm. major eft vis cognitionis fupernaturalis, quæ Deum fpecielem habet Authorem, & quæ proinde 1. Petri 2. dicitur: *Admirabile lumen Dei*, quàm fit vis cognitionis naturalis; atqui in cognitione naturali apprehenfiva reperiri potest ratio fpeciei fuafivæ; ergo multò melius reperiri potest in cognitione fupernaturali apprehenfiva.

477. Probatur 3. Si non potest dari fpecies fuafiva ad firmiorem affenfum, quin repræfentet novam rationem objectivam, ideo effet, quia imperceptibile apparet, quòd intellectus moveatur tunc ad eliciendum firmum affenfum, propter hoc motivum, ex quo antea non movebatur, quin ex parte motivi oftendatur aliqua nova ratio, ex qua intellectus moveri poffit; atqui nulla tali ratione nova opus eft ad fpeciem fuafivam; ergo non repugnat de potentia Dei abfoluta. Probatur min. licet objectum idem maneat, potest potentia elicere actus fpecie diverfos circa idem objectum; fic apprehenfio, iudicium, & difcurfus circa idem objectum, fpecie differunt; Sic circa idem objectum fpecie differunt cognitio humana, Angelica, divina; ergo circa idem objectum, quin nova oftendatur ratio, poffunt verfari actus fpecie diverfi, ac proinde apprehenfio non folum neutra, & non fuafiva, fed etiam ad unum inclinans, & fuafiva. Prob. conf. Ideo poffunt circa idem objectum dari fpecie diftincti actus, quia nõ folum diftinguuntur ratione objecti, fed etiam ratione modi tendendi in objectum, qui tendendi modus licet non proveniat à diverfitate objecti, provenire tamen potest à diverfis potentibus, vel iuribus, quibus eadem potentia in idem objectum tendere potest, fcilicet apprehendendo, vel iudicando; ergo etiam circa idem objectum, circa quod intellectus eliciebat apprehenfionem non fuafivam, potest ex fpeciali Dei concurfu, qui in nobis fine nobis liberè agentibus illuminationes producit, elicere apprehenfionem fuafivam. Ex diftis

478. Fit 1. Intellectum five ex fignis credibilitatis fibi jam perfuafit effe evidenter credibile myfterium, five per alia media naturaliter id adeptus fuerit, indigere fupernaturali cognitione, illuminatione, five auxiliò Dei, ut voluntas fit proximè potens imperare affenfum fidei; ratio eft, quia actus fupernaturalis voluntatis elici nequaquam potest, quin præluceat fupernaturalis actus intellectus, ut ex num. 4. 18. & 3 14. de gratia, & Defin. Trid. feff. 6. c. 5. ad quod declarandum optimam fimilitudinem affert Auguft. tom. 7. in l. de natura & gratia contra Pelag. c. 26. *Sicut enim oculus corporis etiam pleniffimè fanus, nifi candore lucis*

*adjutus non potest cernere; fic homo etiam perfectiffimè iustificatus nifi aternà luce iuftitiæ divinitus adjuvetur, rectè non potest vivere.* Et Concil. Arauf. 2. can. 7. *Si quis per naturæ regem bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitæ aternæ, cogitare, ut expedit, aut eligere, aut falvari, id eft Evangelizantis prædicationi confentire poffe affirmat absque illuftratione, & inspiratione Spiritus Sancti, qui dat omnibus fuitatem in confentiendo, & credendo veritat, heretico fallitur fpiritu.* Non enim effet voluntas proportionata ad actum fupernaturalem fine prævia cognitione fupernaturali. Quomodo Deus facienti, quod eft in fe, hanc gratiam non deneger, diximus latè per integram difp. de gratia.

Fit 2. In hac præfenti providentia in corpore Ecclefiæ vel rarò, vel nunquã dari illuminationes fupernas, quæ munus agant apprehenfionis fuafivæ, de de qua hucusque egimus, five quæ conferantur ad eliciendum actum divinæ fidei, quando intellectus deftitutus eft motivis, quibus cognofcat Religionem Catholicam effe evidenter credibilem; hæc enim eft doctrina, quam latè tradit Exim. Doct. loc. cit. n. 497. Ratio eft, quia in hac præfenti providentia, faltem in corpore Ecclefiæ fupponit Scriptura, fideles paratos effe ad reddendam rationem fuæ fidei, vel fuæ fpei fupra fidem fundatæ. Sic 1. Petri 3. *Dominum autem Christum fanctificate in cordibus veftris, parati femper ad fatisfactionem omni poftenti vos rationem reddere, de ea, qua eft in vobis, fpe.* (Et ut alij etiam Codices habent) *& fide.* ut patet apud D. Tho. 2. 2. q. 2. a. 10. §. *fed contra*; quibus in verbis fati innotuit in hac præfenti providentia, loquendo faltem de corpore Ecclefiæ, non effe homines proximè expeditos ad eliciendum actum fidei, antequam de evidentiâ credibilitatis inftituti fint, cujus fundamenta Evangelij miniftri proponunt, quando loquuntur ut miffi, juxta dicta num. 303. quod etiam faciunt ea testimonia Ecclefiæ. 19. *qui citò credit, levis eft corde.* 1. Joan. 4. *Probate fpiritus, fi ex Deo fint.* 1. ad Thell. 5. *Omnia probate, quod bonum eft, tenete;* per quæ fati indicare videtur, prius examinandas effe rationes, & probandam doctrinam traditam à Deo effe, quàm eliciatur actus fidei, ideoque præcedere evidentiâ credibilitatis. Quomodo autem hæc habeantur in pneris, & rudibus infra fuo loco dicemus. Id ipfum fupponit Auguft. in hac præfenti providentia contingendum num. 372. ait: *Evangelio non crederem.* &c.

Fit 3. Speciem fuafivam non effe revelatam, aut locutionem Dei, ac proinde neque objectum formale morivum fidei. Ratio eft, quia illa non eft locutio Dei primò, & per fe manifefans nobis objectum, prout in divina mente concipitur: quod ad divinam locutionem requirebatur; fed eft repræfentatio objecti in & ex fundamento, ex quo intellectus innotet evidentiâ credibilitatis, ut proponat voluntati

luntati proportionatè tale objectum repræsentatum, ut ea eliciat piam affectionem supernaturalem, qua intellectui imperet assensum firmiorem supra meritum motivorum præcedentium, quæ impellebantur ad assensum; ut sæpè diximus.

## SECTIO V.

*Solvuntur Opposita.*

481. **O**bjic. 1. Revelatio divina non potest proponi per connexionem apprehensivam, quæ moveat intellectum ad præstandum assensum adhæsitivum firmissimum; ergo non potest dari in ulla providentia species ista suavis. Probat ant. Non potest intellectus moveri ad talem assensum adhæsitivum firmissimum, nisi superveniat illi motivum, quod antea repræsentatum illi non erat, & non movebat; vel saltem appareat in illo motivo de novo aliqua ratio objectiva, & motiva, quæ antea non apparebat; atqui hæc species suavis, de qua agimus, neque asert novum objectum motivum de novo; neque aperit in objecto aliquam rationem objectivam motivam, quæ antea latebat; ergo talis cognitio apprehensiva non potest movere ad assensum.

482. **R**espondeo nego ant. ad probationem neg. maj. Ratio est; quia ut illa supernaturalis cognitio moveret intellectum ad assensum; quin novam rationem assensus motivam aperiat; sufficit, quod retrahat ab omni eo; quod ducit ad dissensum; ac proinde prævium illud motivum relinquat cum carentia retrahentis; illud enim ipsum motivum, quod in confortio retrahentis movere non potest ad assensum; quam optimè movere potest cum carentia omnis retrahentis, ex num. 469. Rursus potest ea cognitio movere ad assensum, si clarior sit respectu ejusdem motivi, licet non repræsentet motivum diversum, ut patet in Petro, qui perspicaciorem potentiam visivam habet; quam Paulus, qui à longè videt scripturam; quam non videt Paulus; ex eo, quod clarior illam videat, moveri potest ad lectionem Scripturæ; ad quam Paulus non movetur; ex eo; quod illa ipsa Scriptura ipsi inferiori visione repræsentetur. Quare, cum utroque hoc modo possit per illustrationem Spiritus Sancti intellectus moveri ad assensum; quin nova ratio motiva ex parte objecti detegatur; exinde de potentia absoluta non repugnat, species suavis.

483. **O**bjic. 2. Non potest apprehensio aliqua sive naturalis, sive superna inclinare intellectum ad assensum, dum manet neutra, sive æquè indifferens ad consensum, & dissensum. Atqui cognitio illa, quæ nullam repræsentat rationem motivam supra illam, quæ intellectum non movet, manet cognitio neutra; ergo &c. Confirmatur. Intellectus, qui motus non est potius ad consensum, quam dissensum, manet neuter; sed cognitio, quæ repræsentat intellectum cum illo solo motivo, ex quo non ducitur neque ad

consensum; neque ad dissensum; relinquit intellectum immotum; ergo relinquit illum neutrum; proindeque talis cognitio manet neutra. Resp. conc. maj. dist. min. quæ nullam repræsentat rationem motivam supra illam, quæ intellectum non movet, neque illam eandem rationem motivam diverso modo repræsentat, conc. si diverso modo repræsentat, neg. min. & conseq. Ratio est, quia si motivum illud per cognitionem diversam repræsentetur, potest manere proportionatum ad movendam potentiam; quamvis per aliam cognitionem repræsentatum non haberet eam proportionem, ut patet in Scriptura, quam Petrus & Paulus à longè vident, quæ sub hac distantia repræsentata Petro sufficiens est, ut moveat ad lectionem, quamvis sub eadem distantia repræsentata Paulo proportionata non sit; ut moveat ad lectionem; ut ex num. 424.

484. **Q**uamvis enim objectiva virtus eadem sit, potentia non manet ad illam proportionata sub quacumque repræsentatione, licet sub aliqua nobiliore maneat, quamvis per illam nihil novi detegatur, sed antiquum motivum clarior repræsentetur. Sic Theologi cum D. Thomâ communiter dicunt, quod, licet aliqua creatura cognosceret omnia possibilis, non exinde comprehenderet Deum; quia, licet Deus non cognoscat aliqua objecta ultra possibilis, cognoscit per clariorem cognitionem, correspondentem infinitæ virtuti cognoscitivæ intellectus divini; creatura autem non ita clarè potest cognoscere. Unde, quin detegatur aliquid ex parte objecti novum, potest aliquid perfectiori & imperfectiori cognitione attingi. Ad Confirm. dist. maj. manet neuter, dum manet in eodem motivo, & repræsentatione, conc. cum diverso motivo, vel cum diversa repræsentatione ejusdem motivi, neg. maj. & concessa pariter min. neg. conseq. ut constar ex dictis.

485. **O**bjic. 3. Vel illa apprehensio suavis tolleretur libertatem ad actum fidei, vel relinqueretur; si primum, cum actus fidei debeat esse liber, pro ut exagitur controversia; jam in hoc sensu repugnat species illa suavis; si verò relinquit libertatem, diversitas repræsentationis non immutat intellectum, sicut Scriptura à longè visa, & proportionatè Petro repræsentata immutat potentiam visivam Petri; ac proinde relinquit Petrum neutrum; ergo species illa semper manet neutra. Resp. dupliciter considerari posse speciem illam suavis; primo repræsentandò objectum cum exclusione omnis retrahentis ab assensu, quod Deus fit locus, & quod per illud præcedens motivum repræsentetur testimonium Dei; quo in casu tolleretur libertas quoad speciem, non verò quoad exercitium, quæ sufficiens est ad actum fidei, ut & ipsi Adversarij docent: tolleretur quidem libertas quoad speciem, nec posset intellectus dissentiri objecto fidei, maneret tamen libertas quoad exercitium, cum adhuc maneret vo-